

Pulpy

253

1542. die 28. Aprilis.

Sigismundus I. Rex Polonia
Duci Prussiae.

65

Cum ad a nobis Illustritas vestra postu-
lasset scribere nos meminimus ad Impe-
ratoriam et regiam Romanorum maje-
states, ut auctoritatem suam interpo-
neret, apud Illustris Dominum Palati-
num Rheni, quo is aut pacem per-
petuam, aut saltem annorum aliquod
inducias, cum Serenissimo Domino Dan-
orum Rege susciperet nunc satis hoc
certum, et exploratum habemus non-
nullas partem aliam inducias nisi quod Se-
renissimus Dominus Danorum Rex Diffi-
ciliorem se praeberet. Dicitur, interest
autem plurimum nostrorum hominum
eorum praesertim, qui degunt in terris
Prussiae, ut ne clausum illis mare
sit, sed liberè in Germaniam inferio-
rem, et ex ea vicissim in terra no-
stras Prussia navigare liceat, et
illis itaque consultum cupimus, et
multo magis universae Republicae
Christianae, quae non alia re nunc o-
pus magis habet, quam concordia
et fraterno Christianorum Princi-
pum inter se charitate, qui nisi con-
iunctis inter se animis fuerint peri-
culum est, ne ingens aliquod Respu-
blica Christiana Detrimentum accipiat,

hinc



hinc itaque imprimis tam nostrorum
quoque privatis commodis prospici-
cere volentes, scripsimus ad serenissi-
mum Dominum Danie regem ac Ma-
jestatem suam hortati sumus, ut ab
armis hoc tempore abstineret, ac vel
concordiam aequis conditionibus miret
vel indutias saltem annorum aliquod
faceret, quas nostras literas in
manus Illustritatis Vestre mittimus,
atque ab ea postulamus, ut pro ea
affinitate, quae illi cum Serenissimo Do-
mino Danorum rege intercedit Nun-
tium ad eum suum mittat, qui et li-
teras nostras reddet, et una illustrita-
tis Vestrae verbis de pace sive iudicijs
conficiendis cum ejus Majestate Dili-
genter agat, quod si nihil profici posse
viderit, saltem si fieri queat rationem
excogitet, qua tuto nostris in Germa-
niam inferiorem, et ex illa in ter-
ras nostras Prussiae navigare li-
ceat, et commercia mutua ne im-
pediantur. Quae respondit ad literas
nostras serenissimus Dominus Roma-
norum rex, ea Illustritati Vestrae de-
scripta mittimus in horas citius ali-
quid expectamus. Datum Vilnae die
28^{va} Aprilis. 1542.